



Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologica

Ex Sacris Scriptvris, Conciliorvm Pontificvmqve Decretis, Et Sanctorvm
Patrvm Ac Doctorum Placitis Expressa ; In qua, quidquid tum ad fidei
mysteria sanè ac rectè intelligenda, & ab erroribus quibusvis secernenda,
tum ad sacramenta debitè conficienda & ministranda, tum ad actiones
humanas iuxta ...

Abelly, Louis

Coloniæ Agrippinæ, 1658

Capvt II. De gratia sufficienti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38954

peccatum veniale diuisuè sumptum, posse ab homin^e iusto cum ordinario gratiæ auxilio deuitari; posse item tot, & tanta, tamque specialia gratiæ auxilia homini iusfl^a à Deo communicari, vt eorum beneficio vitam ab omni profl^s veniali peccato immunem ducat; hoc enim res ipsa factum esse in sanctissima Virgine Maria vniuersa tenet Ecclesia, vt patet ex Conc. Trid. sess. 6. can. 23. Quod si quæstio sit, an homo iustus cum illis gratiæ auxilijs, qui communiter iustis dantur, omnia & singula peccata rationalia per totum vitæ tempus euitare possit? Resp. non possit; hoc enim expressè definitum est in cit. canone 23. Conc. Trid. in quo damnatur, qui dixerit, hominem iustificatum posse in tota vita peccata omnia, etiam veniala, evitare, nisi ex speciali Dei prïuilegio. Id etiam probat S. Aug. epist. 89. quæst. 1. ex his orationis Dominica verbis, (dimitte nobis debita nostra) *Omnibus enim (inquit) hec sacerdotia est Oratio Dominica, quam etiam ipsi Apostoli suū Dominus dedit, ut unusquisque Deo dicat, dimitte nobis debita nostra;* cui enim hac in oratione verba necessaria non fuerint, ipse hic sine peccato vivere pronunciandus est, quales si aliqui futuros Dominus prauideret, meliores utique quam extiterunt anima Apostoli, aliam orationem illos doceret.

CAPVT II.

De gratia sufficiens.

SECTIO I.

*Quid sit gratia praueniens, excitans,
& operans.*

Ad faciliorem eorum, quæ de gratia sufficiens dicturi sumus intelligentiam, prius hic explicandum. Ad sunt varia species, seu acceptio[n]es ipsius gratiæ actualis.

Alia siquidem est gratia excitans, alia adiutans: utriusque mentio fit Apoc. 3. Ecce ego ad ostium, & pulsus: (en gratia excitans) si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & canabo cum illo, & ipsi memum. (en gratia adiuuans) Et in Cone. Trid. sess. 6. cap. 5. Ut qui per peccata a Deo averserantur, per eius excitantem, atque adiuuantem gratiam ad conuertendum se ad suam ipsorum iustificationem, eidem gratae libere assentiendo, & cooperando, disponantur.

Alia item gratia operans, alia cooperans: de operante loquitur Apostolus Philipp. 2. Deus est, qui operatur in vobis & ipsis velle, & perficere: de cooperante 1. Cor. 15. Abundans illis omnibus laborauit: non ego autem sed gratia Dei mecum. De utraque loquitur S. Aug. lib. de gr. & lib. arb. c. 17. Deus, inquit, cooperando, in nobis perficit, quod operando insepit: (& paulo post:) sine illo enim vel operante ut velimus, vel cooperante, cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valeamus.

Alia denique gratia praeueniens, comitans, & subsequens: de praeueniente dicitur Psal. 58. Misericordia eius praeueniet me: de comitante Psal. 72. Tenuisti manum dexteram meam; & in voluntate tua deduxisti me: de subsequente vero Psal. 22. Misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vita mea: de his etiam tribus mentio fit in Conc. Trid. sess. 6. cap. 16. ubi dicitur, Christum Dominum in ipsis iustificatos iugiter virtutem influere, qua virtus bona illorum opera semper antecedit, & comitatur, & subsequitur.

Iam ut aliquid de singulis dicamus: gratia excitans (qua eadem est cum praeueniente, & operante, ut recte obseruat Gamach. in 1. 2. ad quest. IIII. cap. 3. & ratione tantum ab illis distinguitur) nihil est aliud, quam motus aliquis bonus tam intellectus, quam voluntatis, in nobis a Deo sine nobis productus, quo nos excitat vel ad bonum liberè prosequendum, vel ad malum fugiendum.

Dicitur in primis motus; quia non consistit in dono illo habituali; sed in auxilio aliquo actuali, ut con-

stat ex ante dictis, & ex dicendis adhuc patet.
Dicitur, motus intellectus; quia consistit in pia cogitatione & illustratione intellectus, quod constat ex Concilio Araus. 2. can. 7. & Trid. sesi. 6. cap. 5. ubi gratia illa (de qua nunc loquimur) vocatur, illuminatio.

Dicitur præterea, motus voluntatis; illa enim gratia excitans comprehendit non tantum sanctas cogitationes & illustrationes intellectus; sed etiam repentinos, & inde liberatos motus voluntatis, puta delectationis, timoris, & similes: unde dicitur in Concilio Arausiano, can. 7. Spiritum Sanctum dare suavitatem in credendo, & conscientiendo veritati.

Dicitur etiam, motus illos intellectus, & voluntatis in nobis à Deo produci; quia Deus illos in nobis efficit, idque non solum quatenus in eos influat per veram actionem physicam; verum etiam, quia soli Deo eiusque gratitiae misericordia tribuendum est, quod in nobis exorti sint, cum in nostra potestate non fuerit ut oriensur, ut constat ex ijs, quæ capite præcedenti dicta sunt; unde S. August. lib. 1. ad Simplicianum quest. 2. Vocari Deo recte tribuitur, quod bene voluntus, nobis vero tribui non potest, quod vocamus.

Dicitur denique, præfatos motus in nobis sine nobis fieri, quia, quamvis fiant in nobis physice & vitaliter in eos influentibus in genere causa efficientis (quod constat ex eo, quod eiusmodi gratia excitantis motus passim in scripturis, & apud SS. Patres exprimitur per actus virtutis intellectus, & voluntatis) fiant tamen sine nobis liberè operantibus, cuius omnium deliberationem, ac libertatis usum præueniant, ut patet ex ante dictis, & ex ipsam experientia, quæ constat in nostra potestate non esse, ut hi motus in nobis vel oriatur, vel non oriatur; licet postquam exorti sunt, liberum nobis sit, ipsos vel continuare, vel intertrumpere; Nemo (inquit S. Aug. lib. de Spir. & litt.) habet in potestate, quid ei veniat in mente; sed consentire vel dissentire, voluntatis est.

Ex dictis patet, qua ratione cæde gr. dicatur præueniens,

exco

excitans, & operans: dicitur enim praeueniens, quatenus non solum omne meritum nostrum, sed etiam omnem libertatis vestrum praeuenit: dicitur excitans, quatenus potentias animae nostra excitat, & per modum suafionis impellit ad bonum, vel retrahit a malo; unde S. Aug. lib. de Spix. & litt. cap. 34. *Suasionibus*, inquit, agit Deus ut velimus, & ut credamus. Dicitur denique operans, quatenus operatur in nobis ut velimus, seu consentiamus, inclinando & mouendo voluntatem ad volendum, & consentiendum, sine re ipsa consensum obtineat siue non; qui enim alteri aliquid suadere nititur, dicitur operari, & laborare ut alter id velit & praefet, siue persuadet, siue ille, siue non persuadeatur.

SECTIO II.

*Quid sit gratia adiuuans, cooperans, co-
mitans, & subsequens.*

Gratia adiuuans, quæ & cooperans, vel comitans dicitur, illa est secundum S. Aug. lib. de gr. & lib. arb. c. 17. *Terquam Deus volentibus cooperatus perficiens*, seu per quam Deus, cum volumus bonum, aut illud exequimur, nos ad illud volendum & exequendum adiuuat, ac nobiscum cooperatur.

Cum autem difficultatum sit explicare, quid sit illud, per quod Deus ad id nos adiuuat ac nobiscum cooperatur; hinc factum est, ut Theologi super hac re in variis sententias distracti sint; nos in re valde abstrusa, aliorum omissis sententijs, id quod nobis probabilissimum visum est, breuite proponemus.

Atque in primis dicimus, probabile esset id, quod assertunt, aliqui Doct. gratiam excitantem, & operantem posse aliquando habere veram rationem gratie adiuuantis, seu cooperantis, tunc scilicet, cum sic alicet voluntatem ad consentiendum, ut re ipsa consentiat. Hoc confitat ex eo, quod gratia illa, qua causat con-

R. 5

sensus

sensum nostrum liberum, est gratia adiuuans seu cooperans; ad gratiam enim cooperantem nihil aliud requiriatur, quam ut sit gratia, & ut nobiscum operetur: atque talis est aliquando gratia operans, quia est vera gratia, ut ex ante dictis constat; & quando voluntas illi consentit, ac bonum operatur, est causa moralis ipsius consensus, & boni operis quod fit; omnis enim impulsio, exhortatio, suasio (qualis est gratia operans, ut supra diximus) vi cuius voluntas sic allicitur ad aliquid boni libere volendum & faciendum, ut re ipsa velit & faciat, est causa moralis efficiens ipsius volitionis, & operis quod fit; hunc S. Augustinus varijs in locis ascribit consensum nostrum liberum in bonum gratia operanti tanquam causam, quam illum efficit, ut lib. 1. de prædest. Sanct. cap. 19. Deus, inquit, operatus in cordibus hominum vocazione illa secundum propositum suum, ut non inaniter audiant, sed eo auditio concurset.

Est autem hic aduentum, etiam si supra dicti Doctores dicant, gratiam excitantem, & operantem esse quoque posse adiuuantem & cooperantem; illos tamen huc duo non confundere, quasi sit idem esse gratiam operantem, & cooperantem, excitantem & adiuuantem; hoc enim tantum intendunt, eamdem entitatem gratiae dic posse operantem & cooperantem varia consideratione, operantem quidem, quatenus illam in nobis Deus sibi nobis producit, & ut sic vim habet in actu primo efficiendi consensum liberam nostram voluntatis, siue illum in actu secundo efficiat, siue non efficiat; Cooperantem vero quatenus re ipsa moraliter in eum influendo ipsum simul cum nostra voluntate in actu secundo causat & efficit.

Dicimus 2. quemlibet supernaturalem habitum virtutum infusarum posse quoque habere rationem gratie cooperantis; est enim donum aliquod supernaturale naturae nostrae minime debitum, quodque primam originem ex pura Dei misericordia ducit, ac physicè concurrit simul cum voluntate ad operationes supernaturales,

quæ

coope quas ut elicceremus, ab ipsa gratia operante excitati
equi sumus.

Dicimus deinde influxum supernaturalem, quo Deus physicè nobiscum coheruit ad consensum nostrum liberum, & opera bona, veram & propriam rationem habere gratiæ cooperantis: est enim donum aliquod Dei, naturæ nostræ minimè debitum, ac proinde mere gratuitum, per quod eum volumus (vt ait S. Aug. lib. de gr. & lib. arb. c. 7.) & sic volumus ut faciamus, Deus nobiscum operatur, ac proinde veram gratiæ cooperantis rationem obtinet.

Iam quod spectat ad gratiam subsequentem; omis-
tarijs et ius acceptiōnibus, quæ passim apud Theologos
videri possunt, breviter dicimus per illam intelligi posse
gratiā illam, quæ liberum nostrum in bonum consen-
sum subseq̄uitur, interius excitatido ad bonum opus ex-
quendū, cūm eius exequendi oportunitas exhibetur,
ad illius boni executionem, si consentiat voluntas,
concurrēdo; vnde S. Fulgentius ad Moniūnum c. 11. Pra-
eunit, inquit, Deus, & donat homini bonam voluntatem; de-
inde subseq̄uitur bēs volentem, operando in illo bēi operis fa-
cilitatem.

Hinc patet, gratiam subsequentem nihil in re differre ab operante & cooperante; sed tantum in eo, quod aliquam priorem gratiam tam operantem, quam cooperantem presupponit.

SECTIO III.

An detur aliqua gratia sufficiens.

PRæter suprà relatas, & explicatas gratiæ actualis di-
uisiones, superest adhuc vna, in qua maior difficul-
tas reperitur, qua seilicet ipsa gratia excitans seu ope-
rata subditidit in sufficiemtē & efficacem; quæ ante-
quam explicetur, obseruandum est nomen gratiæ suffi-
cientis bisariam sumi apud Theologos; i. genericè, pro-

ut conuenit gratia tam efficaci quam inefficaci; 2. specificè, prout est species quædam ipsius gratia sufficiem genericè sumpta, ac ipsi gratia efficaci opponitur; ciqu tanquam imperfectiori speciei nomen genericum attribuitur.

Gratia sufficiens genericè sumpta, est ea quæ vires mini sufficienes præbet ad bene operandum, quamvis si velit, abijcere potest, sive de facto illam abijciat, in illi assentiatur & cooperetur: & eo sensu gratia sufficiens nomen tam efficaci quam inefficaci tribui potest unde gratia illa quæ S. Paulus diuinatus concessa est, per quam tentationes superabat, ac salutem operabatur quaque preinde efficax erat, sufficiens nominatur Cor. 12. *Sufficit tibi gratia mea;* & S. Prosper lib. de vocatione Gentium cap. 16. gratiam, quæ salutem reipsa operatur, sufficienter vocat.

Gratia sufficiens specificè sumpta est ea, quæ homini præbet quidem vires ad bene operandum, seu eum qui potest homo bene operari, quamvis reipsa non bene operetur defectu liberae cooperacionis,

Gratia vero efficax ea est, cum qua ita potest homo bene operari, ut etiam re ipsa bene operetur.

Iam circa ipsam sufficientem gratiam sive genericè sive specificè sumptam, duæ sunt præcipuae difficultates nobis soluendæ: 1. est, utrum in statu naturæ lapsus Deus talim hominibus det gratiam excitantem & operatorem, cui consensum præbere vel negare, & quam recipere, vel abijcere possint si velint, immo quam de facto aliquando abijciant illique dissentiant. Secunda est, an unus gratia sufficiens detur omnibus hominibus adultis & fidelibus sive infidelibus.

Circa priam duæ sunt sententiaz, quæ licet inter se valde oppositæ videantur, in eo tamen conueniunt, quod gratiam illam sufficientem dari negant. Prima est Pelagianorum, qui (ut supra vidimus) cum existimarent voluntatem hominis sibi ipsi sufficere ad bonum quodlibet operandum & ad salutem consequendam, ideo negabant

Villam dari gratiam internam sufficientem, quæ voluntatis humanæ insufficientiam suppleret. Verum huius sententia falsitas plenissime constat ex ijs, quæ de gratia necessitate cap. præc. dicta sunt.

Secunda sententia est quorundam Theologorum, qui quanuis concedant sufficientem gratiam priuato parenti in statu innocentia datam fuisse, nihilominus in statu naturæ lapsæ, nullam aliam existimat hominibus a Deo conferri nisi efficacem, quæ corum voluntas ita moveatur, ut illi dissentire illamque abijeere nullatenus possit; quæ quidem sententia vel eo nomine ab aliquibus merito rei eitur, quod illi apertissime suffragari videatur Calvinus lib. 2. institut. c. 3. §. 2. ubi sic habet: *Voluntatem monos gratia non qualiter multa sanctis traditum est. & credimus, ut nostra postea sit electionis, motionis aut obtemperare aut refragari, sed illam efficaciter efficiendo; eodemque capite aliæ facultatis Sorbonica Doctores, elegianos appellant eò, quod gratiam sufficientem in statu naturæ lapsæ dari assererent, cui posset homo dissentire si vellet, illique de facto aliquando dissentire.*

Vera igitur sententia illa est, quæ asserit homini etiam in statu naturæ lapsæ dari gratiam sufficientem, talem ut illam possit abijecere si velit, illique dissentire, & de facto aliquando illam abijeat, illique dissentiat.

Quoniam vero haec sententia grauioris alicuius momenti hodie merito esse iudicatur, ex eaque plurima aliæ Theologicæ veritates pendent, idcirco probatiōne illius paulo fusiorem proponemus,

camque maioris facilitatis gratia in plures paragraphes diuidemus.

¶ § (o) §

¶

R 7

§ I.

§. I.

*Gratiam sufficientem, qua in statu naturæ lapsa
homini datur, talem esse ut illi resistere possit,
& defacto aliquando resistat, probatur
ex varijs scripturae locis.*

Innumera sunt ferme scripturae testimonia, quæ ad id probandum faciunt: nos hic aliquot tantum illustratio-
ta seligemus.

Primum petitur ex Is. c. 5. vbi Deus de Iudeis conque-
rens sic loquitur, *Quid est quod debui ultra facere vineæ meæ,
& non feci ei? an quod expectavi ut faceret uias, & fecit
labruscas?* Quo loco parabolice referuntur multa gratia
auxilia Iudeis à Deo collata, ut bonorum operum fructus
producerent; est autem euidens, gratias illas effectum
fuisse non habuisse, prout inde que Iudeos illis assentiri no-
luisse. Neque dicas, solius externæ gratia ibi fieri mentio-
nem, puta legis Mosaycæ, &c. cum enim externa illa
adiumenta sola non sufficiant ad bene operandum sine
gratia interiori, si hanc Deus ipsis non contulisset, quor-
um diceret, se expectasse ut opera bona facerent, cum ad
id facultatem sufficientem non haberent?

Secundum petitur ex cap. i. Proph. Vocauit, & renovavit
extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Desperavit
omne consilium meum, & increpationes meas neglexisti. Qui-
bus verbis manifestè conqueritur Deus, internas gratias
vocantes & excitantes fuisse neglectas ac despicias.

Tertium ex cap. ii. S. Matth. vbi Christus Dominus
sic loquitur, *Va tibi Corozain, va tibi Bethsaïda; quia, si in
Tyro & Sidone fallæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, o-
lim in ciliaco & cinere paenitentiam egissent:* quibus verbis
aperte significatur, datum fuisse gratiam harum ciuitatium
incolis, per quam conuerti potuerunt, & tamen no-
luerunt. Neque dicas, Christum Dominum his solum lo-

qui

qui de miraculis & signis exterioribus, quia Pelagianum esset dicere, quod Tyri & Sidonij solis exterioribus signis & miraculis sine interioris gratia auxilio conuersti potuissent; ergo de his solis Christus Dominus ibi non loquitur, sed simul de internis gratia auxiliis, quae cum alijs exterioribus miraculorum adiumentis collata Iudeis fuerant, quæque ipsi ex voluntatis sua prauitate abiecerant, licet talia essent ut idololatra ipsi & omni virtutum genericè perditi homines iisdem acceptis, non sum ad poenitentiam conuersti potuissent, sed etiam res ipsa conuersi fuissent.

Quatum ex his Christi Domini verbis S. Matth. 23.
Quoties volui congregare filios tuos, & noluisisti? Vbi obseruandum est, illos qui noluerunt, habuisse gratiam ad volendum sufficientem, qua poruerunt velle, alioquin non diceret Christus Dominus (volui congregare filios tuos, & noluisisti) quomodo enim voluit, & ita voluit ut de nolentibus conqueratur, si eos quos sciebat per se non posse velle, non iuvuit quantum necessarium erat ad hoc, ut possent velle.

Quatum ex cap. 7. Aet. ubi S. Stephanus Iudeos aliquens, *Vos inquit, semper Spiritui Sancto resistitis; quid est autem aliud Spiritui resistere, quam eius gratia resistari?*

Sextum denique ex Rom. 2. *Ignoras quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impenitentis cor, thesaurizasti tibi iram: per quid vero benignitas Dei ad poenitentiam nos adducit, nisi per gratiam interioris auxilia? Cur autem impii thesaurizant sibi iram secundum duritiam suam & impenitentis cor, nisi gratia illi resistendo?*

§. 116

§. II.

Eadem sententia Conciliorum auctoritate probatur.

Ex tribus praesertim Concilijs nostræ sententiæ veritas probari potest.

Primum est Conc. Valentiniū c. 2. vbi dicitur, *Malos non ideo perire, quia boni esse non posuerunt, sed quia boni iſe se noluerunt; unde sequitur, gratiam malis conferri, quia boni esse possint, cum ex se ipsis & sine illa tales esse non possint; sed gratiam ab iis repudiari, eo quod boni esse nolint.*

Secundum est, Conc. Senonense celebratum anno 1528 paulo ante Tridentinum, in cuius decreto 15. expressis verbis definitum habetur, *Tale noui esse Dei trahentis auxilium, cui resisti non possit, quod postea probat iisdem ferme scripture locis quæ S. p̄ac. relata sunt, additque, Frustra certe Stephanus Iudeos dura cervicis, & intreuecti cordis argueret, qui semper Spiritui Sancto resisterent; fruſtra Paulus Thessalonicensis admoneret spiritum ne extinguerent, sed itanis inspirationibus homines incutabiliter raperentur.*

Tertium denique est, Conc. Trid. sess. 5. cap. 6. vbi dicit, peccatores per excitantem, atque adiuuantem gratiam, ad conuertendum se ad suam ipsorum iustificationem, eidem gratia liberè assentendo, & cooperando, disponi; ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritus Sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat inspirationem illam respondient, quippe qui illam & abesse potest, & can. 4. anathema proficit in eum qui dixerit liberum hominis arbitrium a Deo nullum, & excitatum non posse dissentire, si velit; ex quibus Concilij verbis sic possumus argumentari: gratia illa vocans & excitans de qua loquitur Concilium talis est, ut sufficiat homini ad conuertendum se & ad boni operandum: atqui ex mente Conc. potest homo eiusmodi

gratia
liter à
ex Co
ijcere

Ex
Dei, i
omines
sunt,
Ex
Si do
merel
meu
tia et
Ex
miser
gener
os fol
eius;
fertua
exclu
Ex
quit
qui
ergo
quo
&c
ut
berna

gratiam abiecere si velit, etiam tunc cum per eam actu-
liter a Deo excitatur, & mouetur, illique dissentire: ergo
ex Conscientia, potest homo gratiam sufficientem ab-
iecere illique dissentire.

§. III.

Probatur eadem sententia ex SS. Pa-
tribus.

Ex innumeris ferè SS. Patrum testimonij, quæ hic
afferri possent, aliquot illustriora proferemus.

In primis ex S. Chrysostom. 7. in S. Ioan. *Gratia*
Dei, inquit, in omnes diffusa est, omnibus se facilem exhibet,
omnes paré honore aduocat, qui autem eius munere frui negli-
gunt, hanc suam cæcitatatem sibi ipse imputent.

Ex S. Leone Papa secundum 2. in Solemnitate Epiphaniae,
Si dona Dei, inquit, non irrita fecerimus, per ea quæ dedit,
mererimus accipere quod promisit: ergo secundum illius
mentem dona Dei per quæ mererimus, id est auxilia gra-
tia excitantis, irrita facere possumus.

Ex S. Ambro. ser. 8. in P. al. 118. Plena est, inquit, terra
misericordia Domini, si quis autem non credit in Christum,
generali beneficio ipse se fraudat, ut si quis clavis senectatis radi-
os solis excludat, non ideo sol non ortus est omnibus, quia calore
eius se ipse fraudauit; sed quod solis est, prerogativam suam
seruat, quod imprudentis est, communis a se lucis gratiam
excludit.

Ex S. August. epist. 54. ad Mæcedonium, Pertinet, in-
quit, ad nos ut boni simus; accipere & habere id, quod dat is
qui de suo bonus est, quo quisque neglecto, de suo malo est
ergo ex illius mente id negligere & abiecere possumus,
quod Dens dat ut boni simus: & lib. 2. Actor. cap.
8. cum Felice Manichæo, Non est ergo indigneum, inquit,
ut Deus dicat, ite in ignem eternum, si qui per li-
berum arbitrium misericordiam eius respuerunt: & lib.
ad

ad Simplicianum quæst. 2. dicit quod Esaii, *vocatione Dei contempnare reprobus factus est*: & lib. de nat. & grat. cap. 6. Non tibi, inquit, depitantur ad culpam, quod inuitus ignorauis, sed quod negligis querere, quod ignoras; neque quod vulnerata membra non colligis, sed quod volentem sanare contemnis. Neque dicat aliquis, ideo hominem dici contemnere Deum sanare volentem, quia vocationi externæ non obtemperat, vocatio enim illa & gratia externa nullatenus hominem sola sanare potest, nisi ad sit etiam interna; unde S. Aug. lib. de spiritu. & litt. cap. 4. *Doctrina illa*, inquit, *qua mandatum accipimus continenter recteque vivendi, littera est occidens, nisi spiritus ad sit viuiscans.*

Denique ex S. Prospero lib. de vocat. Gent. cap. 26. *Gratia Dei* inquit, *in omnibus iustificationibus principaliter præminet suadendo exhortationibus, mouendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inspirando consilium, corque ipsum illuminando, & fidei affectionibus imbuedendo. (& aliquibus interiectis subiungit) qua opitulatio per innumeros modos sive occultos, sive manifestos omnibus addicitur, & quod a multis refutatur, ipsorum est nequitias; quod autem à multis recipitur, & gratia est diuina, & voluntatis humana.*

§. IV.

Soluuntur obiectiones.

PRIMA petitur ex illis Apostoli verbis 1. Cor. 4. *Quoniam discernit?* quibus declarat non esse in hominis potestate se ab alijs discernere in ijs, quæ ad salutem spectant, sed id solius Dei proprium: atqui si posset homo gratiæ diuinæ consentire vel dissentire, posset etiam per arbitrij sui vires se ab alijs discernere.

Resp. id non sequi: ratio est, quia quamuis, cum homo à gratia dissentit, hoc per solius arbitrij libertatem seu potius prauitatem faciat; quando tamen illi consentit, id non arbitrij sui viribus, sed gratiæ diuinæ ascribere debet,

debet, quia per illam excitatur & iuuatur ad hoc ut ipsi consentiat, & nisi ab illa excitatetur & iuuaretur, nullo modo consentire posse; unde semper diuinæ gratia debitorem se totius boni quod agit agnoscere debet, nec illo modo in se gloriari, quasi per illum consensum se ab aliis discernat; quod fuse explicat beatæ memoriz Fr. Sales Episc. Geben. lib. 4. diuini amoris cap. 6. vbi ad id exprimendum vtitur similitudine Sicariorum & tyranorum, qui illis se vitam immiterò, ac sine illa ratione donare arbitrantur, quibus neccem non inferunt; sic (inquit) ridiculum, ito impium esset existimare, voluntatem hominis inspirationi, ac gratiæ diuinæ virtutem operandi ac efficaciam tribuere, eo quod resistentiâ sua illam eius virtutem, ac efficaciam non impedit. Possimus quidem eius efficacia obicem ponere, sed non hanc illi tribuere; gratia si quidem hanc suam virtutem, & efficaciam haurit à sola diuina bonitate, ex qua orrum dicit, non ab humana voluntate, ad quam iuuandam adhibetur.

Addé, quod ad illum consensum eleiéndum longè semper potiores sunt diuina gratiæ quam arbitrij humani partes; cum enim liberum hominis arbitrium per peccatum à Deo auersum sit, & longè proclivius ad malum quam ad bonum; hinc fit, ut nunquam amplectatur bonum nisi gratiæ potentissimâ adiuetur; quando autem quis auersus est à re aliqua, quam tamen amplectitur, cum fortissimè suaderur, licet possit suasioni reluctari, tunc suadenti potius quam agenti ascribi solet effectus. Et hæc est doctrina S. Aug. lib. de prædict. Sanct. cap. 5.

Quinque, inquit, audet dicere; habeo ex meipso fidem, non ergo accepi, profectò contradicit huic apertissima veritati. Apostoli dicentis; quis te discernit? &c. non quia credere non sit in arbitrio voluntatis, sed in electis preparatur a Domino voluntas.

Secunda obiectio est, gratiam illam sufficientem, cui dicimus posse ab homine resisti, eamdem prorsus esse cum gratia possibilitatis, quam admittebant Pelagiani, & contra quam tamen S. Augustinus toto libro de gratia Christi

Christi invenitur ut veritati orthodoxæ contrariam
Resp. gratiam sufficientem, quam hic propugnamus,
longe diuersam esse ab illa gratia possibilitatis, quam
admittebat Pelagius. 1. enim per gratiam possibilitatis in-
telligebat gratiam externam legis & Euangelicæ doctri-
næ; nos vero internam illam esse profitemur. 2. Pelagius
asserebat, gratiam illam possibilitatis esse tantum necessariam
secundum quid, id est ad facilius operandum; nos
vero dicimus, illam absolute & simpliciter necessariam
esse ad operandum. 3. Pelagius per gratiam possibilitatis
existimabat, omnimodam bene agendi virtutem ita ho-
mini conferri, ut ad volitionem ac operationem boni
nulla praeterea gratia necessaria illi esset, sique bonum
ipsum propriæ & solâ arbitrij sui virtute vellet, & opera-
retur, nos autem sic dieimus voluntatem excitari ad hoc
ut possit bonum facere & operari, ut necessarium praete-
rea sit; gratiam illi cooperari eamque adiuvare dum vult
& operatur, 4. denique quod Pelagius existimabat soli
arbitrio libero deferendum esse torum illud bonum quod
vellet & operaretur, nos vero, quamus soli voluntati
ascribendum dicamus, quod voluntas possit gratia resistere,
& de facto aliquando resistat, si tamen gratia con-
sentiat, id asserimus adscribendum esse tum diuinæ gra-
tia, tum humanæ voluntati, sed multo magis adhuc di-
uinæ gratia, quam humanæ voluntati, ut ex ante dictis
constat.

Quod autem hac esset Pelagi mens constat tum ex
dictis cap. i. tum ex ijs, quæ habet S. Augustinus lib. de
gr. Christi cap. 47. quæ hic referemus, quoniam sunt ob-
seruata dignissima: Si, inquit, concederit nobis Pelagius non
solam possibilitatem in homine, etiam si nec velit nec agat bene,
sed ipsam quoque voluntatem & actionem, id est, ut bene velio-
mus, & bene agamus, que non sunt in homine; nisi quando
bene vult & bene agit; si, ut dixi, concederit etiam ipsam
voluntatem, & actionem diuinitus adiuvari, & sic adiu-
vari, ut sine illo adiutorio nihil bene velimus & agamus;
etiamque esse gratiam Dei per Iesum Christum Dominum no-

strum, &
vera no-
tie Do-
quesur.

Q
v
b
c
randu
Pro cu
Dic
deli, si
gratias
per bo
Hui
Prou
in capi
profess
am, &
feram
mea; e
vnde q
omnes
bonum
dignissi
mnia &
autem
sinon
tantian
humana
verba
nomini
locum
frum

arian
iamus
quam
atis in
doctri
elagius
neces
m; nos
fariam
ilitatis
ita ho
n boni
onum
opera
ad hoc
præte
in vult
at soli
quod
untati
e refi
e con
te gra
uc di
dictis
im ex
b. de
at ob
us non
benet
velio
uando
ipsam
adiu
amue
n, no
strum

gram, in qua nos suâ non nostrâ iustiniâ iustos facit, ut ea sibi
vera nostra iustitia qua nobis ab illo est, nihil de adiutorio gra
tia Dei (quantum arbitror) inter nos contouerteret resine
gatur.

SECTIO IV.

*An cuilibet homini detur gratia sufficiens
ad salutem.*

Questio de solis adultis intelligenda est, de infantib
us enim agetur postea: illius igitur sensus est, an
cuilibet adulto detur gratia sufficiens ad benè ope
randum, & ad salutem per bona opera consequendam,
Pro cuius resolutione

Dicendum est, Deum cuilibet homini adulto, siue fi
deli, siue infideli, siue predestinato, siue reprobato, dare
gratias sufficientes ad benè operandum, & ad salutem
per bona opera consequendam.

Huius assertionis veritas probatur 1. ex scriptura.
Prou. 1. Sapientia foris predicit, in plateis dat vocem suam
in capite turbarum clamitat, in foribus portarum urbium
proficit verba sua, dicens: Usquequo parvuli diligitis infantiam, & stulti ea, quae sibi sunt noxia, cupient &c. en pro
ferant vobis spiritum meum, & offendam vobis verba
mea; ex quibus verbis aperte colligitur diuinam gratiam
undeque diffundi, & ad omnium corda penetrare;
omnesque per illam sufficenter admoneri & excitari ad
bonum: & Sap. 11. Misericordia omnium, quia omnia potes, &
lissimulas peccata hominum propter paenitentiam. Diligui enim
omnia quae sunt, & nihil adisti eorum quae fecisti, quomodo
autem Deus misereretur omnium, & parceret omnibus,
sinon daret saltem ijs auxilium, quo conuersti ad paenitentiam
possent si vellent: S. Ioan. 1. Erat lux vera, qua il
luminat omnem hominem venientem in hunc mundum; que
verba de luce interioris gratiae intellegunt SS. Patres ac
nominatim S. Chrysost. & S. Cyrill. in illum Euangelij
locum, & etiam S. Aug. infra citandus.

Pto-

Probatur. 2. tum ex ijs, quæ diximus tract. præ. vbi o
kendimus, Christum Dominum pro omnibus passum a
mortuum, tum etiam ex ijs, quæ lēst. seq. dicemus.

Probatur 3. ex SS. Patribus S. Dionys. de cœlest. Hic
c. 9. vbi dicit, *immensum, & infinitum diuini luminis pelagum*
semper paratum esse, & patere omnibus ad participandum: S.
Chrysoſt. hom. 7. in S. Ioan. *Gratia, inquit, in omnes diffusa*
est in Iudeam, non Gentilem, non Græcum, non Barbarum,
non Scytham, non liberum aut seruum, non virum aut mulierem,
non senem, aut iuuenem fugit, & designatur; omnibus eadem
est, omnibus se facilem exhibet: S. Ambr. lib. 2. de Abel &
Cain cap. 3. *Omnibus, inquit, opera sanitatis detulit, ut qui-*
cunque perierit, mortis sua causas sibi ascribat, qui curari nui-
luit, cùm remedium haberet, quo posset evadere: S. Aug. lib. 1.
de Gen. cont. Manichæos cap. 3. vbi explicans suprà cita-
ta S. Ioannis verba (*erat lux vera quæ illuminat omnem homi-*
nem) Illud, inquit, *lumen non irrationalium animalium esca-*
los pascit, sed pura corda eorum, qui Deo credunt, & ab amore
visibilium rerum & temporalium se ad eius precepta seruanda
conuertunt, quod omnes homines possunt se velint, quia illud lu-
men illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum,
quod confirmat lib. 1. retractationum cap. 10.

Paulus Orosius denique (ut plurimos alios omittamus
prolixitatis euitandæ gratiâ) qui S. Augustini discipulus
fuit, cuiusque operâ & studio S. ille Pater ad Pelagianam
hæresim profligandam plurimum & sus est, in apologetico
de arbitrij libertate contra Pelagium longè ante medi-
um sic loquitur; *Mea semper hac est fides, atque indubitate*
sententia, Deum adiutorium suum non solum in corpore sui
(quod est Ecclesia, cui specialia ob credentium fidem gratia sua
*dona largitur) verum etiam in hoc mundo gentibus, propter lon-*ganimam sui eternamque clementiam subministrare, idque si-*ciatim, quotidie, per tempora, per dies, per momenta, per annos,*
*& cunctis & singulis, (& aliquibus interiectis sic con-*cludit) ex quo euidentissime declaratum est, nemini hominum*
*deesse Dei adiutorium, praesertim cum & seductor adficiat, & in-*ficit infirmitas.*****

Pem

Porro hic obseruandum est, quod, quamvis nemo sit, qui auxilium gratiae desit illud tamē omnibus nō aequaliter dari; alijs siquidem maius, alijs minus conferatur. Hoc manifeste patet ex varijs scriptura locis: Psalm. 147. Non fecit taliter omni nationi: Luc. 5. vobis datum est noſſe mysterium regni Dei, ceteris autem in parabolis. Et satis constat ante Christi aduentum longe vberiora gratiae auxilia Iudeos p̄e alijs populis habuisse, vt testatur locus Psalmi citatus; & certum est, Christianis longe potiora eiusdem gratiae beneficia, quam Turcis & alijs infidelibus conferri; cuius rei alia ratio afferri non potest quam illius voluntas, qui diuidit singulis prout vult, quique potest ex eadem massâ facere vas, aliud quidem in honorem, aliud vero in contumeliam.

SECTIO V.

An Deus velit omnes homines saluos fieri.

Magnam huius questionis solutio lucem dabit iis, quae prae. sect. dicta sunt; si enim vera sit in Deo voluntas, ut omnes homines salvi fiant, sequitur, ut ipsam sufficientia ad salutem gratiarum auxilia praebat, cum aliter intelligi non possit, quod ei talis voluntas insit; cum bene velle Dei respectu creaturarum, nihil aliud sit quam benefacere.

Ad faciliorum autem proposita questionis resolutionem, praeorandum est duplicum in Deo voluntatem à Theologis distingui, ut tract. 2. cap. 4. dictum est, antecedentem scilicet & consequente: huius diuinæ voluntatis distinctionem agnoverunt SS. Patres, ut constat ex loco citato, & adhuc pleniū ex infra dicendis constabit. Antecedens illa est, qua Deus aliquid ex se vult ante præmissionem cooperationis creaturarum liberarum, consequens vero, qua faciendum aliquid decrevit, præuisis creaturarum liberarum bonis vel malis actionibus.

Cer-

Certum est autem, Deum non velle voluntate consequente omnes homines saluos fieri, immo velle plurimos illorum a salute excludere; quos scilicet praevidit, per voluntatis prauitatem peccaturos, & in peccato mortuuros. De voluntate igitur antecedente, proposita quaestio intelligenda est, an scilicet Deus ab aeterno veram habuerit voluntatem saluandi omnes homines, ipsiusque illius voluntatis, gratias ad salutem sufficienes conferendi eam conditione, ut, qui gratiis illis recte vterentur, ad salutem peruenirent; qui autem non vterentur, a salute exciderent. Pro cuius resolutione

Dicendum est, Deum antecedenti voluntate, eo sensu qui supra explicatus est, velle omnes homines salutem consequi.

Probatur 1. ex scriptura, 1. ad Timoth. 2. Obscro, inquit Apostolus, fieri obsecrationes, orationes, &c. pro omnibus hominibus, &c. hoc enim bonum est, & acceptum coram Salvator nostro Deo; qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitum veritatis venire; ubi obseruandum est, ex mente Apostoli Deum velle omnes illos homines saluos fieri, pro quibus hortatur fieri orationes: atqui hortatur, ut orationes siant pro omnibus omnino hominibus nullo excepto; unde sequitur, Deum etiam omnes homines nulla prorsus excepto velle saluos fieri, eam tamen conditione, ut ipsi homines media ad salutem consequendam praeparata amplectantur, iisque recte vtantrur; sic enim hunc locum explicant S. Damasc. lib. 2. de fide c. 29. & S. Th. 1. p. q. 19. a. 6. ad 1. eodem sensu dixit S. Ier. epist. 2. cap. 3. Deus non vult aliquos perire, sed omnes ad paenitentiam reuerti: & Ezech. c. 33. ipse Deus loquens, viuo ego, dicit Dominus Deus: nolo mortem impij, sed ut conuertatur impius via sua, & vivat; super quae verba Tertul. lib. de Paenit. cap. 4. O beatos nos, inquit, quorum causa Deus iurat: Omnes seruimus, si nec iuranti Domino credimus.

Probatur 3. ex S. Ambr. lib. de Parad. cap. 2. Venerat, inquit, Dominus Iesus omnes saluos facere peccatores: ei iam circa manus suam debuit ostendere voluntatem. Et ideo nec proditurus

debuit
prodito
Chrysost
ille vu
r. in e
mam &
eant or
perean
ex S.D.
quiden
esse ve
ac nihili
us illuc
ex ipse
atque

Obi
tix ver
iupta
ut sens
saluou
tionib
quaten
velit; c
nes sal
le em
quod
te; ali
veraro
teriret
Spir.
fieri, &
berum
fissim
iectio
risim

debet præterire, ut aduertarent omnes, quod in electione etiara
proditoris sui, seruandorum omnium insigne prætendit: &c S.
Chrysost. in 2. cap. 1. ad Cor. Imitare Deum tuum; si omnes
ille vult saluos fieri, meritò pro omnibus oportet orare: & homi-
n. 1. in epist. ad Ephes. distinguit in Deo voluntatem pri-
mam & secundam, hoc est antecedentem & consequen-
tem, dicitque voluntatem primam Dei esse, vt non per-
eant omnes, qui peccauerunt, voluntatem secundam, vt
peréant, qui a prauitate resurgere noluerunt. Denique
ex S. Damasc. lib. 2. de fide c. 29. ubi dicit Deum primariò
quidem omnes homines seruari, ac regni sui compotes
esse velle: illos creasse, vt bonitatis ipsius sint participes,
ac nihilominus ijs, qui peccant, poenam inferri velle. Pri-
us illud quidem voluntate antecedente, seu beneplacito
ex ipso manante: posterius vero voluntate in sequente
atque permissione, quæ à nostro vitio ortum dicit.

Obijcies, SS. Aug. Prosper. & alios, qui diuinæ gra-
tie veritatem contra Pelagianos propugnauerunt locum
suprà relatum ex epist. 1. ad Timoth. cap. 2. ita exponere,
vt sensus illius sit, Deum catenus velle omnes homines
saluos fieri, quatenus vult, vt ex omnibus hominum na-
tionibus, conditionibus, & statibus, aliqui salui fiant, vel
quatenus nullus saluatur, quem Deus saluum fieri non
velit; cæterum illos negare, quod Deus velit omnes homi-
nes saluos fieri. Resp. illos negare quidem Deum vel-
le omnes homines saluos fieri voluntate consequente,
quod verissimum est, non vero voluntate antecedente;
alias sibi ipsis contradicerent: S. August. enim lib. de
vera relig. c. 55. sic loquitur: Placuit authori suo, ut non in-
teriret, quidquid a Deo per verbum factum est: & lib. de
Spir. & litt. c. 33. Vult autem Deus omnes homines saluos
fieri, & ad agnitionem veritatu venire, non sic tamen ut cu[m] li-
berum adimat arbitrium, quo vel bene vel male utentes iu-
stissime iudicentur: S. Prosper vero in responsione, ad ob-
jectiones Vincentianas obiect. 2. ubi sic loquitur: Since-
risimè credendum est, atque profitendum, Deum velle, ut omnes
honesti

homines salvi siant, siquidem Apostolus, cuius illa est sententia (hoc est
solicite præcipit quod in omnibus Ecclesiis p̄fissime custoditus
ut Deo pro omni bus supplicetur, ex quibus quod miseri percus-
pereuntium est meritum; quod multi salvantur, saluantia est do-
num: & in Response ad capitula Gallorum capitulo
Qui dicit, quod non omnes homines Deus vult saluos fieri, se-
certum numerum prædestinatur, durius loquitur, quam-
quendum est de altitudine inscrutabili gratia Dei, qui & omni
homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire,

SECTIO VI.

*Quid de peccatoribus obduratis, atque in-
fantibus sine baptismo decedentibus
sentiendum sit,*

Quartitur an peccatoribus obduratis, quamdiu in præ-
sentis vita statu manent, Deus aliqua semper gratia
auxilia tribuat, quibus conuerti ad poenitentiam
possint si velint. An etiam infantibus absque baptismis
decedentibus dici possit gratiam ad salutem sufficientem
a Deo concedi.

Quod spectat ad primum, quidam Theologi existi-
mant quod quamvis Deus ordinariè omnibus gratiam
sufficientem largiatur, illum tamen aliquando eam qui-
busdam peccatoribus denegare ob grauissima quedam
ab ipsis patrata crimina. Ita Tostatus in cap. 4. Exod.
quaest. 12.

Alij vero (quod longè probabilius est) afferunt, nulli
peccatori quantumlibet horrenda & atrocia flagitia com-
miserit, quamdiu tamen in hac vita degit, sufficientia
auxilia gratia a Deo denegari. Ita Suar. Greg. Valent.
Philipp. Gamach. ad quaest. in cap. 5. & plures alij.

Probatur 1. ex scriptura: Psal. 76. Nunquid obliuiscetur
misericordi Dei? aut continuebit in ira sua misericordias suar. S.
Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati esū-
(hoc)

(hoc est, peccatis ingentibus grauati & oppressi, ut explicat S. Hier. in eum locum, & S. Aug. ser. 11, de Verbis Domini c. 7.) Et ego reficiam vos: 2. Pet. 3. Patienter agit Dominus propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad paenitentiam reuerti.

Probatur 2. ex S. Aug. citato serm. cap. 13. De nullo, inquit, desperandum est, siue intus, siue foris fuerit, siue in Ecclesia, siue extra Ecclesiam, quamdiu patientia Dei ad paenitentiam adducit, nec de hac vita rapit impium: Item ex S. Fulg. epist. 7. c. 8. Sicut medico nostro nulla est incurabilis plaga, ita nec in aliquo vulnere, nec in aliquo tempore, caelestis potest deficere medicina.

Probatur 3. ex eo, quod si ob aliquod peccatum Deus gratiam omnem sufficientem peccatori subtraheret, sequeretur, quod peccator de tali peccato paenitere non posset, cum id ex solis arbitrij viribus non possit: at qui S. Thom. 3. p. q. 86. asserit erroneum esse, si dicatur, aliquod esse peccatum in hac vita, de quo quis paenitere non possit: vnde sequitur, quemlibet peccatorem quamdiu in hac vita dedit, de quolibet peccato suo paenitere posse, proindeque Deum gratia sua auxilium illi necessarium non denegare.

Est autem hic obseruandum, auxilium illud gratiae non adesse quidem omnibus momentis cui libet homini; neque enim id naturae humanae conditio patitur, ut scilicet semper actu aliquam bonam cogitationem in mente, aut prius affectum in voluntate experiatur; neque etiam id necessarium est ad hoc, ut quis dicatur habere auxilium gratiae sufficiens ad paenitendum, aut bene agendum; sed sufficit, ut opportunis temporibus ad hoc excitetur & adiuuetur, iuxta quod dicitur Psalm. 9. Deum esse adiutorem in opportunitatibus; vnde quamvis non omnibus momentis, creberrima tamen, &c. (vt loquitur Innocentius Papa in epist. ad Conc. Carthag.) quotidiana Deum praefat remedia. Ideoque recte dixit Apostolus Hebr. 4. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae ut in sericordiis consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

Obijcies 1. obdurbationem peccatoris in subtractione
gratiae consistere, iuxta quod dicit S. Aug. epist. 105. Ne
obduras: *Deus impertiendo malitiam*, sed non impertiendo gra-
tiam: *e. g. ex illius mente peccatori obdurato nulla am-
plius gratia tribuitur.* Resp. obdurbationem duplicem est,
vnam absolutam, alteram secundum quid. Prior con-
sistit in subtractione cuiuscunq[ue] gratiae, & talis est ob-
duratio dæmonum & damnatorum. Posterior vero in
subtractione gratiae alicuius specialis, quâ efficaciter con-
peccatoris moueretur, quamuis semper aliquod ei gra-
tiae auxilium sufficiens tribuatur, quo posset conuerti, si
vellet, licet de facto propter prauitatem voluntatis non
conuertatur; priori autem modo nulli quantumuis ma-
ximo peccatori, quamdiu in hac vita degit, gratia subtra-
hitur, ut ex ante dictis patet, sed tantum posteriori.

Obijcies 2. varia scriptura loca, in quibus dicuntur
peccatores non posse conuerti, credere, &c. vt S. Ioan.
12. vbi de Iudeis dicitur: *Propterea non poterant credere, quia
iterum dixit Isaias: excavauit oculos eorum,* &c. vnde se-
quitur, sufficientem gratiam illis defuisse ad hoc, ut credere possent. Resp. his verbis scripturam significare so-
lum aut maximam in agendo difficultatem, quæ moni-
lis impossibilitas dici solet, aut impossibilitatem conse-
quentem, quia scilicet Deus præuiderat fore, quod, quam-
uis illi signis externis & gratijs internis excitarentur ad
fidem, minime tamen ex prauitate voluntatis crederent;
atque ita S. August. tract. 53. in S. Ioan. exponit hunc
locum: *Præterea, inquit, non poterant credere, quia hu-
Isaias dicit; hoc autem Propheta prædixit, quia hoc Deus su-
turum presciuit: quare autem non poterant? citò respondet
quia nolebant, malam quippe eorum voluntatem prævis-
Deus.*

Observuant etiam recte aliqui Doctores fieri interdum
posse, ut peccatores, ipsi obdurati in statum adeo mi-
ferabilem voluntatis suæ prauitatem decidant, ut inde re-
surgere imò & tentationes aliquas sibi à dæmonie illatas
vincere nullatenus possint, neque ad id gratiam ullam

suffici-

sufficientem habeant, Deo sic permittente & iuste illis
hanc gratiam in peccatorum punitionem subtrahente;
quod quamvis ita sit, nihilominus tamen Deus pro sua
ineffabili clementia aliquam aliam gratiam sufficientem
semper illis tribuit, vt & status sui miseriam agno-
scere, & gratia diuina auxilium optare & inuocare pos-
sint; quod si conuenienter faciant, Deus haud dubiè il-
lis non deerit, ac gratia sua auxilium oportuno tempo-
re praefablit; vnde Conc. Tridentinum sess. 6. cap. ii. S.
Augustini sententiam ex eius lib. de nat. & gr. cap. 47.
refert, & approbat: *Deus impossibilia non iubet, sed iuben-
do monet, & facere, quod possum, & petere, quod non possum, &
adiuuat, ut possum.* Ex quo sequitur, quod, quamvis ali-
quando desit gratia benè operandi; nunquam tamen de-
est gratia postulandi, & impetrandi auxilij diuini.

Dices, frustra induratos Deum orare, nam ut refertur
2. Machab. 9. Rex Antiochus Deum orauit, nec tamen
fuit misericordiam consecutus: similiter Hebr. 12. de E-
sau dicitur, quod non inuenit poenitentia locum, quam-
quam cum lacrymis inquisisset eam. Resp. peccatores
obduratos non frustra Deum orare; quando conuenien-
ter orant, hoc est, cum recta intentione & ex vero poeni-
tentia motio; quando verò eorum oratio ex prava ali-
qua intentione procedit, aut cum vitioso aliquo motio
coniungitur, tunc verum est frustra illos orare: orabat
quidem Antiochus diuinā ictus plagā, sed doloris sola-
tium, non peccati remedium quarens: plangebat Esau
primogenita sibi crepia, non peccata in Deum à se com-
missa, & ideo minime mirum videri debet, si neuter illo-
rum à Deo exauditus est.

Iam quod spectat ad parvulos sine baptismo suscepti-
one decedentes, duæ sunt Theologorum sententia. Pri-
ma negat, secunda verò affirmat etiam parvulis absque
baptismo decedentibus (sive id ex parentum negligen-
tia aut culpa eveniat, sive ex alia quacunque cauia) De-
um, quantum ex parte sua est, media ad salutem sufficientia
paratæ ac prouidisse; quia scilicet pro illis æquæ, ac

pro alijs baptismum instituit, & baptisimi ministros, quorum operâ ipsis conferri posset; & etiam causas naturales præparauit, quarum efficaciâ fieret, ut in lucem ederentur; præceptum etiam parentibus & alijs imposuit, ut in lucem editos baptizari curarent: quod si ex parte causarum naturalium inter se concurrentium, seque inuicem impeditientium, aut ex incuria parentum, aut ex culpa ministrorum contingat; eos non baptizari; nihil aline inde sequitur, nisi Deum extraordinario prouidentia sua auxilio non adfuisse, ut eiusmodi defectus impeditent, non autem ipso auxilio sufficienti fuisse destitutos, ut alienâ curâ iuxta status sui conditionem, baptismi gratiam, ac proinde salutem consequi possent.

CAPVT III.

De gratia efficaci.

SECTIO I.

Quid sit gratia efficax, & quâ ratione à sufficienti distinguatur.

Obseruandum est 1. duobus modis gratiam dicere posse efficacem: 1. latè, in quantum apta est ex se consensu voluntatis simul cum ipsa efficeri, nisi prauitas illius obstat, quo sensu quælibet gratia sufficiens, etiam ea quæ respuitur, & cui resistitur, dici potest efficax: quia ex se apta est ad illum voluntatis consensum eliciendum, quamvis re ipsa ob eius resistentiam non eliciat.

Secundo strictè, prout non solum potest elicere consensum nostræ voluntatis, sed etiam illum re ipsa infallibiliter elicit & attrahit: & de gratia efficaci tali modo spectata nobis hic agendum est.

Ob-